1453.

1

4

Nobilissimo Celeberrimoque Viro
D^{no} Joh: Daniel: Schumackero
Consiliario Russorum Augustæ
in
Academia Scientiarum

Abraham
Kaauw - Boerhaave S: P: D: Abr: Kaau Boerhaave
1713 + 1753
Neffe d. berühmt Boerhave

Tuas ad me datas 29 Novembr: anni elapsi honoratissimas accepi, quibus invitor accedere membrum honorarium Academiæ Scientiarum Petropolitanæ, quod lubentissime ambio. Tibi inprimis, Vir clarissime, gratias ago pro tua in me benignitate et humanitate, utpote quas moneor a Fratre meo esse præcipua oblati honoris instrumenta. Quam vellem ea mihi unquam foret conditio, ut paria possem referre! qua de re cum prorsus desperem, erit nominis tui et honoratæ personæ splendor, in quem semper servabo observantiam. Et si hisce in regionibus ulla in re Tibi forsan prodesse possim invenies aptiorem ad mandata facile, paratiorem curatorem nusquam. Commendatus ulterius favori tuo et amicitiæ, Te quam maxime valere opto!

Hag: Comit:
17 22/1 45

Ausim et per Te inclusas offerre Academiæ gratiarum actiones